



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem  
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.  
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum  
triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 17. Specialiter ob vitium libidinis, quosdam possidet diabolus, vt patet  
in quibusdam casibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

requisieret spiritus : Quia caro sunt. Creatur  
 Deus hominem, sibi locum quietis acceptissimū:  
 proinde : *Inspiravit in faciem eius spiraculum vi-*  
*tae.* Sicut autem qui respicit quietem, ita Deus  
 hominem creando dicitur de illo: quod *Requie-*  
*vit die septimo, ab universo opere quod paravit.*  
 Idcirco creatus est homo Deo in quietem. Illi  
 vero de quibus hic sermo, congrua non sunt Deo  
 loca quietendi: *Quia caro sunt.* D. Chrysol. sic  
 hanc verba declarat: *Inde vivunt sine ratione, ac se-*  
 *sola carnes consistunt.*  
 Nec hoc te lateat illos esse, de quibus dixe-  
 rat: *Videntes filij Dei filias hominum.* D. August. a.  
 Rupertus b. Theodoret. c. Cassia. d. D. Cyrill. e. &  
 Suidas verbo Seth; docent filias fuisse Seth, quē  
 ut Deum ob vitæ sanctitatem, & virtutem  
 litterarum, scientiarumque celestium coluerunt:  
 I. I. ut ad inertiam voluptatisque corporis pel-  
 luntur, meia caro fuerunt, omnis rationis, cog-  
 nitionis & scientiarum expertes: f. *Animalis*  
*homo non percipit ea, quæ Dei sunt:* inquit Apo-  
 st. solus, quia verò Deum non agnouerunt velut  
 animalia censentur omni privata cogitatione:  
 g. *Animales spiritum non habentes.* In illis non  
 permanet Dei Spiritus, qui est: *Spiritus sapien-*  
*tiæ, & intellectus, consilij &c.* Quam procul il-  
 li ab omni distat scientia, consilio, prudentia, pietate,  
 timore Domini, intellectu: Hoc de lubrico ca-  
 piamus amore, quod David cecidit: *Supercecidit*  
*ignis, & non viderunt sol. m.* Ignis libidinis, hoc  
 enim nomine in sacra pagina dedecoratur: *Ignis*  
*est omnia eradicans gemina.* Quinimo luce  
 meridiana, quod ipsa luce clarus meat, cæci  
 non vident huius, super quos ignis ille cecidit li-  
 bidinis.

**§. 17. Specialiter ob vitium libidinis, quosdam possidet diabolus, ut patet in quibusdam ca- sibus.**

**C**irca historiam illam seu miraculū, quod enarrant Evangelistæ de demoniaco à daemone legione possesso: qui dum eis Dominus excelsū præcipit, ut se de regione illa propelli auderēt, graviter institerunt, ut in porcos illi daretur licentia, qui ad duo millia pascabantur, quibus hoc Christus indulgit. D. Aug. & D. Pet. Chrysol. duo aduertunt. Primum: cur daemones facultatem petierint introeundi in porcos animalia sordida, fætida: cum enim sint hinc superbißimi, ratio suadebat, ut subiecta postularent emissa iora. Secundum: cur illis, hoc

Christus permisit: cum prius diabolo postula- ta cuncta denegasset, scilicet, ut lapides in panes transubstantiaret, de pinnaculo templi se præcipitem daret, &c.

Primo respondent, vnumquodque appetere sibi simile. Est autem diabolus, spiritus immundus, graueolens, sordidus: sic enim Deus nominat dicitur ore Zacharia: *Auferam spiritum immundum de immunda terra.* Christus item diabolo præcipiens homi- nis corpus possidenti, sic eum compellat: *Im- munde spiritus exi ab eo.* & alio loco: *Cum immunde spiritus exierit ab homine.* Sordes igitur appetit & immunditiā: *Vide ubi Satanas sedem desi- derat collocare* (notat D. Pet. Chrysol.) *Habitacula sordida, & immunda perquirat, sordibus delectatur.* Sordes & immunditiā in peccato libidinis plenissime dominantur, quod communi vocabulo D. Paulus immunditiam appellat. Vbi tales igitur inveniuntur locus ille est quietis, quem appetit quo delectatur quiescitque diabolus: *Dimisit daemones ire in porcos,* inquit D. August. *Ut ostenderet diabolum in eis dominari, qui vitam porcorum gerunt.* Secundo respondent, Christum veniam concessisse daemones, ut in porcis dominarentur, quo significaret daemones facultate prædictæ particulari, ut immundos, carnales, libidinofolique possideant, & similis simili conueniat, immundus immundo, sordido sordidus.

Quinimo & hoc David indicauit, dum decla- rat quā strictè à daemone possideretur eo tem- pore quo adulterio cū Bethsabee sordidus per- fenerat, agnūque Deo gratias, quod eum à tam dura savißimi hostis seruitute liberasset: *Eruißi animam meam ex inferno inferiori.* Apud Hebræos verbum *Scol*, sapiens infernum significat damnatorum: *Dilatauit infernus animam suam,* inquit Isa. dum de inferno loquitur, ubi damnati sempiternum cruciantur. Similiter in Deutero- nomio de eodē locutus Moyses, ait: *Ardebit vsq; ad infernum nouissima.* Nec multum à vero aberra- uerit ille, qui molles illos & euratos inter cō- ditos annuerat: peccatum enim luxuria tum difficilis est emendationis, ut quandā cum obliuione damnatorum similitudinem habere videatur. Nusquam tanto suos possidet dia- bolus domino, atque in inferno: nullus enim se eius potest erueri seruituti, nec animā eius fac- tibus liberare, ne in æternum ab illo torqueatur. Hanc igitur sortem suam finistram perpendens David, adulterio Bethsabee conquinatus, cū per illud animā suā cesseret à diabolo perfecto iure possideri, eo modo quo is possidet in inferno eundem.

I.

D. Auev.

II.

Quis sit infernus infestior. Ps. 85. 13. Isai. 5. 24. D. ut. 32. 22.

condemnatos, ob difficultatem non vulgarem, quia se ne resurgeret præpediri sentietat, Deo laudes ob tantum receptum beneficium, cecidit, quod animam suam dæmonis erexit domino: *Eruisti animam meam ex inferno inferiori.* Ex inferno, non quod ad æternos damnatus esset cruciatus: sed quia diabolus eum sibi iam subiugauerat iure adulterij, quo pressus domino, se ex parte sortem illam damnatorum pati cognoſcebat: quia peccato libidinis diabolus iure possidet homines strictiori. Subiungam & D. Paulum, qui valde sapienter hominem effeminatum & adulterum, diaboli tradidit potestati.

*L. de dimi temp. c. 6.*  
III. Diabolus in libidinosos habet potestatem, ut variis partet exemplis.

Memoratu dignissimas de hoc legimus historias, D. Prosper Episcopus Aquitanæ D. Augustini tempellate auctor celeberrimus, refert lo Carthagine vidisse puellam genere Arabem, habitu religioso indutam: hæc die quadam imaginem offendit Veneris satis inhonestam, qua viâ cogitationibus turbatur illicitis, nec mitens, tales quippe, nulla etiam oblata occasione mentem inquietant, quanto magis illis obiectis ad venerem incentiuis, quocirca flammis omnes iudico esse concremandas. His illa consentit, ac turpioribus volens delectatur imaginationibus; quo *Domicilium se diabolo præstitit*, inquit Auctor: nec mora, subintrat diabolus; occupat & corpus & animam, ut sibi debitam: quam miro quodam modo diuiniis aluit, quem idem commemorat Auctor, & nos alibi narrauimus.

*L. 1. Dial. cap. 9.*  
II. Hoc excedit quod D. narrat Gregorius contigisse in Tolcania, mulieri nobiliori iunctæque matrimonio. Inuitata fuerat, ut postmodum dedicationi interesset Ecclesiæ D. Sebastiano Martyri inuidiosissimo consecrata; ut in illam præfati martyris reliquias debito honore collocarentur. Eadem nocte sensuali commota appetitu, voluit ut eam maritus agnosceret. Sequenti verò luce, ad prædictam reuinit venire Ecclesiam: se namque minus dispositam ob præhabitam copulam esse iudicabat. At pudore perterrita hominumque oblocutiones extimescens, comite socru conuenit ad Ecclesiam: *Mox ut reliquias beati Sebastiani martyris oratorium ingressæ sunt, eam malignus spiritus arripuit, & eorum omni populo vexare cepit, &c.* Casu adeo deplorando, ut vno ingresso confestim integra legio eam inuaderet, id est sex millia sexcenti, sexaginta sex. Mirabile dictu: cum eum ex se sit actus ille licitus, cum proprium agnosceret maritum: tali tamen Domino tradebatur crucianda; quod fortè ob mox dicendas conti-

*D. GREG.*

git rationes. Sed quid dicendum de peccata adulterij stupri, sacrilegij? Talia quænt subiecta diabolus, & his delectatur, sordidus habitaculis, sicut ex opposito nullis suauis cohabitant aut delectantur Angeli, quam purissimis virginitatibus, vide & ipsa virginitas: *Socia dicitur Angelorum.* Estque familiare hoc D. Hiero. & D. Augustinæ. *oma: In carne prater carnem vivere, Angelicam est.* Et vix aliquid notu, quod præter mentis corporisque puritatem, magis dæmones exhortescant.

Factum narrat obstupendum Cassian quem librum ut spirituales referunt documentis S. P. N. Dominicus secum conferte conſueerat. Dæmoniacum adduxerunt Abbati Ioanni viro vtiq; virtutum insignis clarissimo: qui quantumlibet dæmonem eijete conaretur, frustra tamen desudabat. Eo superuenit eadem hora æcularis operarius vxoratus de opere domum regrediens, & ecce continuo ad eius præsentiam multo fremens vlulatu excellit diabolus, exclamans: *Ultra hic non possum demorari.* Non minimum miratur Abbas, & seortum deductum à turba agricolam interrogat: de vitæ moribus, de pietatis exercitiis. Reuinit vir humilis pietatis aperire secretum, hoc autem tantum aliterens, se ingratum Deo peccatorem. Verget Abbas Ioannes non rem defera veritati: simpliciter igitur respondit hoc sibi in more positum, priusquam ad opus pergeret matutinum, Ecclesiam adire, Deique postulare subhædum, quo cor fortatus illo de in peccatum minime laboretur: labore verò diuino absoluto, repetere Ecclesiam, & de commissis rogare remissionem decimas & primitias fideliter soluere, prudenter aduigilare, ne cui molestiam adferret aut verbo contristaret, si quando per alienos agros grateretur bonum ori fidei illam appendebat. His auditis Abbas pius & prudens licet illa in viro operario multa esse iudicaret, tanto tamen effectu censebat esse minora & miraculo inferiora. Denno inflat vehementius Abbas, vitæ suæ referat verax actiones. Tum demum omnem confessus est veritatem; fateor iunctus sum ex parentum obedientia matrimonio, verum tamen virgo: quia voto me castitatis obstrinxi, vnde cum vxore, velut cum sorore intractam seruo virginitatem, iam annis vndecim impollutus. Modo, respicit Abbas miraculi non miror effectum: nihil etenim sic horret diabolus ac corporis mentisque virginitatem, sicut nec illi maiorem dat potestatem, nec locum aperit ampliozem, ut hominem arripiat, quam car-

his spurcitiâ, fordidaque luxuria.

Præfatas ut præclaras appiolo historias, at nulla materia nostræ congruentior, quam ea, quam proponit Spiritus S. de iuvene Tobia. Hunc Raphael Angelus via perpetuus comes sed larvatus ad coniugium cum Sara virgine ut nobilissima, ita pudicissima adhortatur quæ septem prius viris data fuerat in vxorem, atamen cum nullo illorum consummatum scimus esse matrimonium. mox enim ut ad illam accedebant, illos omnes successivè diabolus prælocavit: quare Angelo Tobias: *Audis quia tradita est septem viris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia demonum decitit illos. quomodo ergo illam ego in vxorem ducam? Tuam Angelus Tobias vilissimam prælegit admonitionem, & in illo omnibus, nec incongruum foret illam perpetuâ servare memoria, cum & ipse Angelus attentionem lectioni postularit: *Audi me. Et ostendam tibi, qui sunt, quibus transire possit: demonium. Hi namque qui coniugium ita suscipiunt, ut Deum à se, & à sua mente excludant, & sua ita vacent libidini, sicut equus & mulus, quibus non intellectus, habet demonium potestatem super eos. Bone Deus, ex se matrimonium sanctum, Dei institutione consecratum. Honorabile coniugium. Actus matrimonij sine peccato licitus: *Thorax immaculatus*, asserit Apostolus; quod cum ita sit, qui tamen eo suscipiunt animo matrimonium, ut suis solummodo vacent delicijs: *Habet demonium potestatem super eos.* Quid non eis timendum, qui stupris, adulterijs, scortationibus, incestibus, alijsque incessanter vacant voluptatibus à Deo prohibitis, sicut equus & mulus insipientes? Attende, precor, exequande, cœcutiens: *Sicut equus & mulus in ades proptians impudice, ne te malus arripit diabolus; cui te servum venundas, cave ne subito te suffocet, perdatque luxuriosum.* Tu verò, cuius hæc præmia sunt desideria, tuis cum amasia vacante delicijs, quinimo & honorem puella deprædanti in tantamque matrimonio, dedecorare tibi prospice, diabolus adfert, verere ne te in insulas abripiat; ut illi Syn phronio Romæ præfecti filio contigisse probe novimus: hic etenim suis attractus voluptatibus, purissimam aggredi non est veritas Agnetem virginem (referente D. Ambro.) quem diabolus oppressit inopinatum: accedent potio patri, & ob illij necem graviter apud castissimam virginem expositulanti, respondit: *Non ego filium tuum occidi: ille, cuius voluntatem perficere volebas, in eum potestatem accepit.* Cave mortalium stultissime, tuæ sectator impurissima libidinis, ne totum te rapiat Satan, disperdat, au-**

mam detradat inferno, corpus autem eyciat verminibus alimentum.

§. 18. Adhæsit. Adeo firmiter adhæret diabolo luxuriosus, ut nec flagris eum domo sua eliminet; quo diabolus intumescit.

**A**liud quoque subintelligit Christus hoc verbo (*Adhæsi illi*) mysterium. O infamem, qui patri benignissimo terga vertis, domum deseris rebus omnibus instructissimam, illustrissimam societatem, mentem opulentissimam, sic ut te nec lacrymæ, nec preces, nec promissa teneant vel pateria, nec honoris gradus quod domi gloriabaris, nec amoris blandimenta, cohibeant petulantem: ipse tibi domum eligas tyranni, quo nullus ferocior, inhumanior nullus, Schyza barbarus, cui adhæcisti, ut sis illi servus perpetuus, Lect te ad vilissimum omnium eijerat officium, ut subulcus deleratis; tam constanti verò mente adhæret illi marcipium; ut nulla possit ab eo diuelli ratione, nec verberibus, nec ignominijs, nec ciborum subtrahione, ad reditum compelli fatigatus. Quam bellè nostrates exprimit discolors.

Illud videbis, quam stringat hoc vitio fortiter diabolus, opibus exhaustis, sanitate consumpta, crancis putrescentibus, corrosa gutture: oris graveolentia putidam, in honorum exauctoratum: & tanta licet eum diabolus immanitate contondat, ita tamen constantè eius in obsequio perseverat, ut non sit qui abigat laborum, verberumque tediosum: *Adhæsit uni civium.* De hoc inter cætera sibi diabolus applaudit, superbisque gloriatur, ut se Deo comparem esse grauletur, de attenta nempe fidelitate, qua illi serviunt miseri peccatores, quæ imitetur eorum fidelitatem, quos Deus inter sibi fidelissimos reputat servos, eosque constantissimos. De hoc maxime Deus in servis suis gloriatur, quod in eius verba iurent, illi tam pertinaciter adhæreant, ut nihil sit quod illos à suo valeat amovere famulatu. Sanctorum ad Dei accessus obsequium eodem declaratur verbo: *Adhæsit. Mibi adhære Deo bonum est: fatebatur Psal. 73.* Psalmista. Deus autem ut Patriarcharum constantem declararet in suo famulatu voluntatem, de illis hoc testatur: *Adhæserunt mihi,* pro ut ipse per Hieremiam explanat suballegoria lumbaris, quod hominis aharet corpori fortis constructi: *Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri &c. De*

41-23

I. Adhæret diabolo libidinosus.

Psalmista.

C c c Sanctes

41-23  
4  
Tob. 11.  
D. Ambro.  
Tob. 11.  
Tob. 11.

Hieron. Sopi. de Lumbis, Tom. II.